

structionis conferat. *Explicit Liber Tercius De Officiis.*

II. fol. 32. praevio hoc Titulo: *Libri Sancti Ambrosii Mediolanensis Episcopi Qui De Patriarchis Inscribuntur. Hi Sunt. De Abraham Liber I. De Ysaac Et Anima Liber I. De Bono Mortis Liber I. De Esau Et Fuga Seculi I. De Jacob Et Vita Beata II. De Joseph I. De Benedictionibus Patriarcharum I. De Apologia David I. De Nabuthe Et Achab I. De Testimonio in Salomone I. Et minio: Incipiunt libri Sancti Ambrosii de patriarchis numero XI. Primus de abraham. Non eo certe ordine, neque numero, quo edit. cit. T. I. Liber II. de Abraham deest. A Libro de Bono Mortis et verbis: qui uoluptate corporis et delectatione uitae — exciderunt nobis membranae usque ad Librum de Benedictionibus Patriarcharum et verba: ut feruorem spiritus sancti habeat congregatio nationum &c. Apologia David altera deest. A Libro de Nabuthe abest illa clausula: Sed oportet nos taliter agere &c. Opusculum ult. five XI. nobis inscribitur: *Incipit de testimonio in salomone.* Illud Mauriani post *Erasmum Ambrosio* demtum exhibent inter *Sermones in Append. T. II. col. 450. n. XLVI.**

III. fol. 65. *In nomine domini nostri ihesu christi incipit liber beati ambrosii episcopi mediolanensis de mysteriis. De moralibus cotidianum sermonem habuimus &c. ut edit. cit. T. II. col. 325.* Nobis ad

calcem Miniator addidit: *Finit de iniciandis feliciter.*

IV. fol. 67. *Incipit De Sacramentis Liber Primus. De Sacramentis Quae accipitis* (ed. accepistis) *sermonem ad prior &c. ut T. mox cit. col. 349. cum reliquis V. Libris, quos tamen a medio Tertii alia manus complevit.*

Textus noster probe cum Editis congruit. Mallem tamen L. I. de Offic. c. 2. cum eo legere: *cum plures uideas loquendo peccatum incidisse &c. quam cum Edit. Quamplures uidi &c.* Id nexus cum praecedentibus suadet.

CCLXXXIX.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3318 XII. Folior. 115. 4. pereleganter exaratus et olim, ut praenotatur, *Monasterii in Menhse* five *Lunaelacu* O. S. B. orditur a pictura lineari τϠ Σωτηρος inter IV. Evangelistarum Symbola confidentis, folioque verso litera miniata quadra *In Nomine Sanctae Trinitatis Incipit Tractatus Sancti Ambrosii Episcopi Et Confessoris De Officiis.* Textus cum Edit. Maur. T. II. col. 1. bene consonat; paene tamen cum Codice malo legere: *quae illi spiritus infudit sapientiae, et per illum nobis manifestata et uisu comperta sunt, exemplo uobis quasi liberis tradimus, quam, quod habent Edita L. I. c. 1. n. 2. quae illi spiritus infudit sapientiae, ea per illum nobis manifestata et visu comperta atque exemplo uobis quasi liberis tradimus.*

Fol. 107. praemissa *Sequentia* muficis accentibus instructa, quae incipit: *Fulgens preclara rutilans per orbem hodie dies in qua christi lucida narrantur ouanter prelia &c.* rursus *Pictura* linearis visitur *Episcopi Regi libellum tradentis*, quam excipit inscriptio litera quadra miniata: *Libellus De Virtutibus IIII. Prudentia, Fortitudine, Temperantia, Iusticia. Qui Pre-titulatur Formula Vite Honestae. Editus A Quodam Martino Episcopo Ad Mironem Regem. Mar-*

tinus hic *Archiepiscopus Braccaren-sis* est, *Miro Suevorum in Hisp.* rex, ut non semel jam *Vol. I.* maxime *P. I. col. 584.* dixi. Ad meliorem, quam haecenus habemus, *Libelli* editionem curandam *Exemplum* praefens praetereundum non foret, quamquam nec suis naevis careat.

In calce *Codicis* congesta sunt, quae adnumero: 1) *Dodecastichon* de *Salute generis humani et Deo*:

Flos campi patitur, leo uincit, adam renouatur.
Uulneribus quinis curantur uulnera mortis &c.

2) *Versus* cuiusdam *Sapientis* de *Euangelica Lectione*. Nempe *Lucae C. 14. v. 16.*

Quidam diues erat, ceu praesens lectio narrat,
Hic fecit cenam magno molimine quondam &c.

Carmina 29. 3) *Effata* duo e *Vitiam. 5) Tritum illud de Herma-*
PP. Abbatis Moysis et B. Antonii. 4) *Precatio* ad *B. V. Ma-*

phrodito Decastichon:

Dum mea me mater (genitrix) grauida gestaret in aluo &c.

Variant et quaedam alia minuta. 6) *Dodecastichon* de *Apostolis*:

Cesserat Antiochi Petro jus et graue remi.
Paulus acu gentes fidei conjunxerat omnes &c.

7) *Epitaphium*:

Dux gregis et portus, et flos feliciter ortus
Post incrementum fructus subit hoc monumentum.
Hoc transplantatus claustro flos prememoratus
Treuir erat natu, Sigebergensis monachatu.
Attulit buc secum uenerabile fratribus equum,
Doctrinam, mores, uirtutum quosque colores;

Quem,

*Quem, quia seruorum fraus conspirata malorum
Infontem strauit, gladius christo sociauit.
Ergo, quod optabas, martyr modo, qui prius abbas
In monacho christi testis chuonrade fuisti.*

Caesus est hic Abbas *Lunaelacensis* a. 1145. ut pluribus *Chronicon Lunael.* p. 123. Epitaphii autor *Luitboldus* monachus jam alias memoratus. 8) Notatur incendium Ecclesiae D. *Wolfgangi* cum Oppido, ut in *Chron. cit.* ad an. 1429. p. 205. et Reformatio Monasterii in disciplina, ut ad an. 1435. p. 215.

CCXC.

R. 3068 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 125. f. maj. per duas columnas pereleganter exaratus,

Codex

*lucent atque eminent.
in prouecta — etate.
exordia — seniles defectus.
doceret, non pluralitatem.
et simplicitatis.
rudis hostia, sed quasi rationis.*

Bene sperare iubent haec de toto Textu, cui insuper et jam olim fecunda manus curas adhibuit.

II. fol. 98. *In nomine domini nostri ihesu christi. Incipit liber beati Ambrosii mediolanensis episcopi. primus liber de mysteriis & (secundus) de Sacramentis.* Ita enim se in Codice consequuntur. Initium: *De moralibus cottidianum sermonem habuimus &c.* Ut edit. cit. T. II. col. 325. Sine diuisione

miniatis Librorum initiis, olim Coenobii *Montis Pomerii* vulgo *Baumgartenberg* Ord. *Cist.* nunc aboliti in super. *Austria* ita inscribitur: *In nomine sancte trinitatis incipit tractatus sancti Ambrosii de psalmo centesimo octauo decimo.* Initium est: *Licet Misticę queque velut tuba (tubae) increpauerit sono dauid propheta &c.* Ut extat edit. *Maur. Paris.* 1686. T. I. col. 971. f. ubi distinguuntur *Sermones XXII.* quos nobis tantum *Litera* grandis miniata discriminat. Ut lectionis dem specimen, en Prologum collatum.

Editio

*lucent atque emicant.
in processa — etate.
exordia — senilis defectus.
omittit non pluralitatem.
et simplicitatis animantia.
omittit hostia.*

in Capita nobis decurrit textus adcuratione infra *Tractatum* praecedentem. Ad calcem: *Finit liber de Mysteriis*, et continuo

III. fol. 102. *Incipit de Sacramentis. Liber Primus.* Est enim in edit. cit. col. 349. in VI. *Libros* diuisus, quae diuisio nobis tantum *litera* grandi miniata indicatur. Initium est: *De Sacramentis que accepistis sermonem adorior &c.* Non desunt menda; manifeste tamen